

ACTA GENERALIS VIII. SYNODI.

And.

bolium, vel ad aliud referatur: Hæc Bessarion vir præstantissimus. ¶ Andreas autem Colossensis præful volens respondere, longum de spūs sancti processione sermonem habuit. Cui cum ad propositū Græcis spectare nō videret, aures p̄bere, nedū ip̄m literis mādare noluerat, quæadmodū de multis alijs superuacaneis verbis facere solebat. Sancta vero synodus iussit, vt sessio solueretur, & ad diem proximi sabbati conueniret.

¶ Die sabbati octaua Nouembris, decima sessio Ferrariæ.

Io.

Beatissimi patris iussu, Patres amp. vestris orationibus respondebimus, ab his tribus exordientes, quæ in processum speciē protulistis. Non est nobis (dicitis) disputandū, vt videamur vicisse, veꝛ vt veritatem inueniamus, ac ipsam in lucem proferamus. Quam quidē vestrā opinionē probamus, atq; suscipimus, ac vt veritatē ipsam assequamur, vehementer incūbimus, beati Hieronymi sententiæ innitentes: Nunq̄ errat (inquit) qui sequit̄ veritatem, p̄sertim fidei nostræ, quæ mortales locor̄ distantia & lingua moribusq; plurimū inter se differētēs, cōponit, & congregat, vt simul cōueniant: vt magnus etiā Dionysius in de diuinis nominibus libro testat̄. Hæc ratio (inquit) est simplex, & existens existētis veritas, circa quā sicut mundam, & non erroneā totoꝛē cognitionē diuina fides est, quæ est manēs credentiū collocatio, q̄ istos collocat in veritate, & reliqua. Siquidē igit̄ eo desiderio sumus affecti, vt sanctam de ecclesiā cōiungamus, in hoc vehementer debemus incūbere. Quod quidem vt assequamur, maxima cura & diligentia summoq; studio nobis opus eē videt̄. Nobis deinde cōuenire dixistis, vt quātum subiecta materia patitur, humanitatem seruemus, vt omni ex parte mutua benevolentia videamur eē affecti. Qua de re magna equidē assidior læticia, q̄ vnā cū propheta dicere possum: Deditis lætitiā in corde meo. Nam (vt beatus Paulus inq̄t) seruum dñi nō oportet litigare, sed mansuetū eē ad omēs docilem, & reliqua. Postremo, id, quod valde videre cupio, nuntiaſtis, vt interrogationes respōsionesq; nostræ breues habeatur: quod quidē nō alienū a ratione videtur eē, q̄ sermo breuis facilius intelligit̄, memoriæq; mandat̄. Non tñ propterea breuitatē studendū est ita, vt nostra ofo sit obscura. Rogo igit̄ vos Patres amp. ne duo a me repugnātia simul cōtendatis, vt breui oratione, id q̄d fieri bene nō potest, ad vestrā prolixam respondeā. Porro aut̄ vobis promitto, seruato vestri sermonis ordine, ad quamlibet eius partem potero breuissime respondere, partim cōcedendo, partim aut̄ denegando, nostræ tamē eiusmodi denegationis cōgruas rationes reddendo, partim etiā declarando, quædam vero leuiter tangendo, ita vt ad omēs orationis vestræ partes p̄ capita respōdendo, vobis satisfacere sperem. Ad rem igit̄ ipsam, Iesu Christo dño nostro fauente, veniamus. Initio, præst. Patres, veꝛ protulistis, vestras nobis aures benigne semp̄ præstitisse, non igitur ad hoc respondebimus. Deinde particulā, ex filioq; additionē extraneā eē, propterea non sine ratione prohibitam. Præterea quis huiusmodi dogma veꝛ eēt, id tamē diuino symbolo neutiq; addi debuisset: cum etiā multæ aliæ symboli declarationes factæ fuerint, quæ nulla videtur eidē apposita, propterea quia id fieri nō liceret. Amplius, nonnullis rationibus probasse putatis, omne genus additionis fuisse vitium: ex quo etiam sequebat̄, particulā ipsam fuisse prohibita. Quæ cū agerētis, Colossensis syllogismus subtiliter repetentes, his, quæ vobis ad propositū viderent̄ spectare, respondistis, de reliquis vero suo loco differere promissistis. Qui quidem syllogismus talis fuerat, Omnis additio ex rebus extraneis fit, declaratio vero tali modo nō fit, ergo declaratio nō est additio. Cuius profecto syllogismi veritatē, qm̄ grauissimus subtilissimusq; theologus Colossensis præful optime demonstrauit, idcirco eo postposito, ad explicandū id veniamus, de q̄ supra diximus, vos vehementer ambigere, ad videlicet illud, de filio q; fit additio vestra. Quæ quidē particulā, sanctorū authoritatibus innitētēs, ac fortissimis argumētis adducti, cōseimus additionem nō esse, nec vllā rōne prohibita. Quod aut̄ simpliciter nō fit additio, patet, cū ex nouo testamēto, qd̄ a veteri potestate cōtinebatur: num etiā ex nostræ fidei articuloꝝ declaratione, quæ varijs tēporibus facta fuerat, de quo qdem in nouo testamento beatus Augustinus in Faustū inq̄t: Chrūs non venit soluere legē, sed adimplere: non ita, vt q̄ legi deerāt, ipsa eidē adderent, veꝛ vt fierent, q̄ scripta erāt, quæadmodū ipsius Christi verba testantur. Quippe q̄ non dixit, Iota vnū aut vnus apex nō præteribit a lege, donec addatur, quæ deerāt: sed, donec omnia fiant. Itē in libro de catechizandis rudibus inq̄t: In testamēto veteri est occulta: titio noui

Psal. 4.
2, Timot. 2, d

Math. 5, b,